UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Gründtlicher vnd Christlicher Bericht/ Ob einer mit gutem gewissen die alte Catholische Religion verlassen/ vnd sich der Augspurgischen Confeßion anhangen möge

Pflug, Julius von

Zu Cölln

VD16 P 2414

handschriftliche Notizen

urn:nbn:de:hbz:466:1-36917

Visual Library

Auguſtinus ad Fortunatianum Ep. [illegible]

Neq; quorumlibet diſputationes, quamuis Catholicorum & laudatorum hominum, velut Scripturas Canonicas habere debemus, vt nobis non liceat ſalua honorificentia, quae illis debetur hominibus, aliquid ex eorum ſcripturis improbare atq; reſpuere.

Ambroſius de Virginib. lib. 4.

Nos noua omnia, quae Christus non docuit iure damnamus, quia fidelibus via Chriſtus eſt. Si igitur Chriſtus non docuit, quod docemus, etiam nos id deteſtabile iudicamus.

Auguſt. lib. 2. contra Creſconium Grammaticum cap. 32.

Ego huius Epiſtolae autoritate non teneor, quia literas Cypriani, non vt Canonicas habeo, ſed eas ex canonicis conſidero, & quod in eis diuinarum Scripturarum autoritati conuenit, cum laude eius accipio: quod autem non conuenit, cum pace eius reſpuo.

Tria his verbis docet Auguſt. primum eſt, magnum inter Scripturas Canonicas & patrum ſcripta, eſſe diſcrimen. Alterum, quod cum iudicio ſint legenda iuxta Pauli doctrinam: q omnia probate, & quod bonum ac ſcripturae conſonum eſt retinere iubet. Tertium, Scripturam ſacram, in omnib. reb. dubijs ac controuerſijs, vnicam eſſe Iudicem.

Idem ad Vincentium Donatiſtam Ep. 48.

Noli frater, contra diuina, tam clara, tam indubitata teſtimonia, colligere velle calumnias ex Epiſcoporum ſcriptis, ſiue noſtrorum, ſiue Hilarij, Primo, quia hoc genus literarum, ab authoritate Canonis diſtinguendum eſt. Non enim ſic leguntur, tanquam ita ex eis teſtimonium proferatur, vt contra ſentire non liceat, ſicubi forte aliter ſenſerint, quam veritas poſtulat. &c.

Item ad Vincentium Victorem lib. 2.

Negare non poſſum, nec debeo, ſicut in ipſis maiorib. ita multa eſſe in tam multis opuſculis meis, quae poſſunt iuſto iudicio, & nulla temeritate culpari.

Item ad Hieronymum Ep. 19.

Ego enim fateor charitati tuae, ſolis eis ſcripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, didici hunc honorem timoremq; deferre, vt nullum eorum authorem ſcribendo aliquid erraſſe firmiſſime credam, &c. Alios ita lego, vt quantalibet ſanctitate doctrinaq; praepollent, non ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi per illas Canonicas, vel probabili ratione, q à vero non abhorreat, perſuadere potuerunt, &c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] ad Paulinam de videndo Deo.

Si diuinarum Scripturarum, earum ſcilicet, quæ Canonicæ in Eccleſia nominantur, perſpicua firmatur autoritate aliquid, ſine ulla dubitatione credendum eſt: [illegible] vero teſtibus, vel teſtimonijs, quibus aliquid credendum eſſe ſuadetur, tibi credere vel non credere liceat, quantum merita ea admonentem, ad faciendam fidem vel habere, vel non habere perpenderis.

Ambroſius lib. 1. Officiorum.

Quæ in Scripturis ſacris non reperimus, ea quemadmodum volumus, uſurpare poſſumus.

Chryſoſt. in opere imperfecto in Matt. Homil. 49.

Oſtendens per hæc Dominus, quomodo ex ipſis Eccleſijs veris, frequenter exeunt ſeductores, propterea nec ipſis omninò credendum eſt, niſi ea dicant vel faciant, quæ conuenientia ſunt Scripturis.

Theophylactus in Ep. ad Rom. Cap. vlt.

Qui aliquid adferunt præter Apoſtolorum doctrinam, ſcandala ac Hæreſes, & diſſenſiones inducunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN